B. N. C.
FIRENZE
1035
33

1035 . 33

Bove
1597

7

MISCELLANEE
R. BIBLIOTECA NAZ. CENTRALE DI FIRENZE
1035
33

10.5.33

ORATIO
DE VERA SACERDOTIS PERFECTIONE
ANTONII BONFIOLI I. V. D.

AD PERILL. AC R.^M. D.D. ASTOREM SAMPETRIVM ABBATEM Patronum Colendiſſimum.

1872
XXXV - BON

1035 33

AD PERILLVSTREM, AC REVERENDISS. D. D. ASTOREM SAMPETRIVM ABBATEM, PATRONVM COLENDISS.

ANTONIVS BONFIOLVS S. D.

Onſueuerunt, qui ſuas Primatibus inſcripſere lucubrationes, hoc vnum præcipuè præ oculis habere, vt quoquomodo gaudij ſint, & vtilitatis quibus eas perpetuò conſecrandas exiſtimarunt: Quod facilè aſſequendum fore arbitror, ſi dicandum munus ipſis maximè omnium accomodatum eſſe viſum fuerit. Nec enim fortiſsimorum Heroum exuuias mulieribus quiſpiam eſt elargitus, vel radijs, penſis uè, quæ tantum Iuuenculas decent ſtrenuos milites condecoratos nullus hominum eſt intuitus. Quapropter, dum me tibi gratiſſimum deſiderarent (æternæ enim memoria lex hæc digna referebatur, vt qui beneficiorum immemor inueniretur procul ab vrbe vti pernicioſiſſimum monſtrum ciuiumq; cœtu re-

pelleretur) atque huius animi mei recta conſtitutionis ſignum aliquod in lucem proferre mirum in modum cuperem, quam primum occaſio ſe ſe mihi obtulit eam libentiſsime arripui, & quoniam pro patefacienda animi conſtitutione non fortunæ, ſed animi bonis vtendum exiſtimaui; propterea cùm multis ab hinc annis adhuc adoleſcens iuſſu Reuerendiſsimi Illuſtriſsimiq; Cardinalis Paleoti de dignitate Sacerdotali Orationem habuiſſem diuulgandamq; propoſuerim, eam mole quidem parua, materia vero in qua verſatur ampliſsimam; ampliſsimo deſiderio maiora tribuendi ampliſsimæ Dominationi tuæ ſacro, ac dono. Nil animo excogitare valui, quod tibi magis, quàm hoc congrueret; ſublimibus enim animis rerum ſublimium, Sacerdotijq; munere fulgentibus rerum Sacerdotalium conſideratio ſatis, ſuperq; reſpondet. Vtilitatem, & gaudium ex hoc munuſculo meo te percepturum fore confido. Ne dedignare itaque (optime Antiſtes) ſublimem animum tuum in eius rei contemplationem conuertere, ſimulq; fragrans offerentis deſiderium inſpicere, qui cum totus ſit tuus in tua gloria optanda nemini ex tibi deuotis primùm locum cedit. Vale Præſul Ampliſsime, vt diù in terris cœleſtis Præſulis refulgeat imago. Iterum Vale.

COMITIS LVDOVICI ISOLANI

ad

ANTONIVM BONFIOLVM

Epigramma.

ANTONI decoras, dum Sancti limina Petri
Felſina ſudores, dum capit alma tuos,
Inclita magnificam volitat tua famã per Urbem
Inſtabili nunquam deperitura die
Maiorem expecta generoſa ex arbore fructum
Felſina diffuſam proferet illa comam.
Viue igitur fœlix non clari nomine facti
Gloria tua magna eſt, maior, & inde foret.

CLAVDII ACHILLINI I.V.D.

Ad Eundem Diſticon.

N*Omine Bonſiolus perfectus, req; Sacerdos*
Cum ſit, quid mirum ſit quod verbis idem?

PROE-

PROEMIVM.

MAximè vellem (Illuſtriſsime, & Reuerendiſſime Præſul Eximij Patres cæteriq; ornatiſſimi viri) vt quam mihi prouinciam alijs ſilentibus nomine publico in hoc nobiliſsimo auditorum conſeſſu dicendi impoſuiſtis, eandem pro loci huius amplitudine, pro tantæ coronæ præſtantia, pro totius Cleri Bononienſis dignitate, pro communi denique omniũ vtilitate ſuſtinere liceret. Sed in ipſo ſtatim aſsignati muneris initio duæ extortæ ſunt difficultates, quarum vtra ſit maior, vtra magis periculoſa diu multumq; dubitaui. Etenim ſi me ipſe circumſpicio, cui ſapientiſsimus Præſul in nobiliſsimo loco apud viros dignitate præſtantes inſignes eruditione, virtute ſingulares hodierno die hoc munus orandi dedit non exalbeſco modo metu, atque perturbor, ſed timeo etiam vehementer, ne grauiter exanimatus concidam, meoq; caſu ſit eorum omnium, qui de me optime ſperabant exiſtimatio aliqua ratione ruitura. Si vero altera ex parte propoſitam mihi ad dicendum materiam, atque præſtitutum Orationi meæ argumentum contemplor; ſentio rem eſſe tantam, quantam non dicam facultate conſequi difficile ſit, ſed nec cogitatione quidem complecti; quantam non ip

ſe

ſe modo ineruditus, atque indiſertus, ſed eloquentiſsimus quiſque, & omni diſciplinarum genere inſtructus ſine doctorum hominum reprehenſione vix poſsit attingere. Imperarunt enim mihi, qui poterant, vt optimam ſpetiem perfecti Sacerdotis Orationis quaſi penicillo vobis effingerem, eiuſq; abſolutiſsimam formam oculis ueſtris intuendam, contemplandamq; ſubijcerem, opus, vt cernitis per quã arduum, cum difficilimum ſit in omni re formam exponere optimi, quod ab omnibus expetitum à pleriſque conceptum, à nullo (quòd ego ſciam) elaboratum eſt adhuc, atque perfectum. Verum fateor hanc prouinciam me coactum ſuſcepiſſe, & ingenij mei vires valdè extenuatas eſſe, & ob id minus fœlicem exitum huic mea figuræ iam diù animo prauidi, atque animaduerti. Sed illud quidem me recreat, ac reficit non mediocriter, quòd res de qua ſum dicturus, tam illuſtris, ac peruagata eſt, tamque ipſa ſua luce ſplendeſcit, vt non tam amplificandi, quàm percenſendi, nec tam exornantis, quàm iudicantis munus expoſcat. Sed nè infinitè vager, nè ve, vt flumen Oratio mea feratur ad rem ipſam deueniam, tantaq; breuitate in eius explicatione verſabor, vt vnuſquiſque veſtrum fateatur, me prius dicendi finem feciſſe, quàm ipſe diligenter attenteq; audiendi.

ORATIO.

INTER alia, quæ diuinitus à ſapientiſſimis illis Græciæ viris pro cognitione rerum optimè inuecta, atque memoriæ relicta fuere, hoc vnum mirabile, atque pulcherrimum fuit, quod in naturalibus, ac artificialibus diſciplinis formam materia præcedat, nec in materia niſi benc diſpoſita forma perfectè introducatur. Hinc videmus ſplendorem Solis loco ſubterraneo lucē non afferre, nec doctrinam infundi in animum hominis mente capti. Neceſſarium eſt igitur, antequam pulchritudinem huius corporis propoſiti effingam, eiuſque formam vobis verſicolorem oſtendam, vti Pictor, qui ſine tabula, vel pariete corpora primis lineis deſcribere, ac pingere nequit; materiam in qua verus ſit Sacerdos tanquam ſolidum fundamentū huius canonici corporis in medium proponam; & ad ædificij huius miſtici conſtructionem deueniam. Quatuor ſunt Elementa, quibus noſter hic Orbis regitur, Terra, Acqua, Ignis, & Aer, ſine quibus fieri non poſſet, vt Mundus ipſe tanquam materia ſine forma regeretur, ac diù permaneret. Quattuor item ſunt pulcherrime deſcriptionis anni tempora Hyems, Ver, Aeſtas, & Autumnus, quorum vnum ſi deficeret, orbis quoque pulchritudo, & corpora humana cito deſtruerentur, ac maximè dilaberentur. Addendum his etiam quatuor humanum corpus humoribus, ac qualitatibus cōtineri, quibus deficientibus, uita quoque ipſa deficiat neceſſe eſt. Illa autem ſunt Cal. dū,

ORATIO.

Humidum, Frigidum, ac Sicum, ex quibus omnibus capta ſimilitudine in quatuor nos quoque propoſiti corporis materiam verſari oportere dicemus, quibus deinceps pulcherrimæ, ac nobiliſſimæ formæ, ornamenta, vt in conſpectum ueſtrum illuſtriora appareant adijcienda ſunt, ac figuranda. Primum igitur in Sacerdote noſtro conſtituamus non corporis ſolum, ſed animi multò magis libertatem. Quis.n. non dicam Sacerdos, ſed Chriſtianus arbitrio ſuo carens, aut cupiditatibus ſuis humiliter ſeruiens, Deum tota mente, omnibusq; tum animi, tum corporis uiribus amare, laudare, colere, proximum uero ut ſe ipſum diligere poſſit? Cum autem libertatem dico A. non quamlibet agendi poteſtatem, aut impunitam arbitrio ſuo viuendi, ſine rectoris Eccleſiaſtici, aut ſecularis imperio licentiam intelligo, ſed eam libertatem interpretor, qua ſinguli ab ingenuis liberisq; parentibus nati grauiſſimo ſeruitutis iugo nulla ratione ſubiecti, & ab omni effrenata animi cupiditate ſunt vacui. Serui enim ab hoc præſtantiſſimo ordinis ſacramento iure optimo excluduntur, cum vel ad ea, quæ ſunt legibus; ac iure ciuili conſtituta minimè admittantur. Liber autem eſſe debet omnino, qui diuinæ emancipandus eſt militiæ. Secundum, quod in Sacerdote requiritur, eſt vitiorum declinatio, id autem maximè Chriſti domini teſtimonio, & authoritate comprobatur. Malos (inquit) ab altari meo euelles. Homicidium igitur, Simonia, Luxuria, Auaritia, & ſi quæ ſunt eiuſmodi capitaliſſima vitia ab omni Chriſtiano homine, & præcipuè à Sacerdote quàm longiſſimè arceantur. Hæc enim cum ampliſſimam Sacerdotij dignitatem

gnitatem infamiæ labe commaculant, tum eius, qui cæteris præeſt, & multò magis illius, qui nomen paſtoris obtinet, authoritatem, ac munus deprimunt, & abijciunt. Nam, qui alios præcedit dignitate, debet, & Innocentia, ac vitæ integritate inter illos emi nere. Neque ſolum ea uitia, quæ infamiæ notam inurunt procul reiicienda ſunt a Sacerdote, ſed illorũ penitus remouenda erit ſuſpitio; ſi quidem gignit illa offenſionem in totum gregem, bonã opinionem tollit, feruentes ad bona opera tepidos reddit, aliaque innumerabilia damna parit in ſubiectos homines, quę meritò Beatum Auguſtinum admonebant, ut diceret, non ſolum à malo eſſe præcauendum, verũ etiam a ſuſpitione mali, & Fœlix Papa Sanctiſſimus teſtatum reliquit. Si vllum quis delictum perpetrare deprehendatur à ſacris excludendum miniſteriis, adhuc tamen ſi de fide eius ſuſpitio ſit promouendum non eſſe. Cauenda ſunt tertiò in iis, qui ad eccleſiaſtica munera uocantur non ſolum animi, ſed etiam corporis vitia, hinc fit vt aliqua parte corporis læſi propter quod uel à Dei famulatu impediantur, vel in populo offenſionem generent ad Sacerdotium aſcendere non poſſint; ut enim non poteſt Paſtor infirmus gregem ſibi traditum curare, neque Rex ineptus Regnum, ſubiectos populos rectè adminiſtrare; ſic Sacerdos, qui Paſtor, & Rex appellatur ſi corpore ſit vitiatus, uel membris deprauatus, nec ſuis moderari, nec alios rectè poterit gubernare. Vitet poſtremò Sacerdos, ne fortaſſe non Baptizatus, aut non Confirmatus ad aliquem ordinem ſuſcipiendum accedat, cum Confirmatio Baptiſmũ neceſſariò poſtulet, pariterq; ambo Ordo illa ſup-

ponat. Iactum eſt fundamentum Nobiliſſimi Auditores, conſtituta materia hanc quaſi tabulã quandam, atque dealbatum parietem vidiſtis, vbi Sacerdos uerè pingi debeat; nũc ſupereſt, ut eius formam exprimere lineis ducendis, umbris fingendis, alijsq; ornamentis addendis incipiamus. Sed quis tantam pulchritudinem unquam adumbrare poſſit? Equidem fateor, me initio iſtius nobiliſſimæ formæ nomine tantum adeò terreri, ac debilitari, vt vix penicillum manu retineam. Nam ſi nomen ipſum attendo Sacerdos nominatur, uel quia Sacerdos habeat ſacram dotem, hoc eſt priuilegium præcipuum, & diuinum, quod in ſorte Dei fuerit vocatus, uel, quia virtute, ac nobilitate eius muneris ſacramenta nobis dare, atque conferre poſſit, uel, quia ſacra quotidie corde, & ore cum Deo agat, uel denique, quia in Eccleſia, & Gymnaſijs ſacra, & diuina populum docere debeat. O nomen ſanctiſſimum Sacerdotis, ò nomen glorioſiſſimum omnibus quidem ampliſſimis nominibus, ac inſignibus titulis anteponẽdum. Sed iam præcipuam corporis partem idest caput deſcribamus; quod ſicut tria interiora continet, Intelligendi potentiam, Memoriam, & Voluntatem, & quinque exteriora Viſum, Auditum, Guſtum, Tactum, & Odoratum. Sic Sacerdotem tria in capite interiora habere, & quinque exteriora oportet: interius Deum Optimum Maximum in primis venerari, & colere ſemper debet, toto corde, tota anima, totiſque uiribus ſuis, ipſumq; trinum hipoſtaſi, natura vnum conſtantiſſime profiteri, mentemq; idem firmiſſime tenere, id optime intelligere, hoc ſæpiſſime reminiſci, idque ſemper cogitatione, & doctrina cõplecti;

plecti; exterius verò eadem religione, & eodem cultu, humanitatem, ſummos cruciatus, & vulnera Chriſti liberatoris noſtri aſſiduè ante oculos habere, de iis loqui libenter, & audire iucundiſſimum odorem Sacramentorum, quæ ex illis ad Eccleſiam emanarunt ſentire, virtutem illorum denique deguſtare, illa frequenter oſculo tangere apud ipſum pro ſalute populi ſummis præcibus intercedere: vel interius tres virtutes collat, Fidem, Spem, & Charitatem: exterius uero Submiſſionem, Paupertatem, Obedientiam, Abſtinentiam, & Verecundiam. O principium Sacerdotis nobiliſſimum, ò figuram capitis admirabilem. Sequitur, ut collum pingamus, ſine quo corpus eſſe non poteſt. Collum (ut ſcitis) coniungit Caput cum Corpore, & quod per os ſummitur tranſmittit ad ventrem, cœteriſque membris impartitur, ſic Sacerdotes, & ij maximè, qui animis curandis præfecti ſunt, omni ſtudio debent fidelium cœtum cum Chriſto, vt corpus cum capite ſuo coniungere, doctrinæque alimento, & pietatis, quæ ipſi diuino munere acceperunt ad populum tanquam ad membra inferiora tranſmittere iiſque exemplo, conſilio, & cohortatione ſtudioſiſſimè impartiri. Nimirum tunc Presbyteri, & veri Paſtores uocari poterunt, cum pro grege ſibi commiſſo, quiſque iugum laborum, ac vigiliarum libenter tulerit. Ecce uobis deſcriptum caput, Sacerdotis, & collum, haud diſſimili deſcriptione coniunctum; quid Pectus, quod ijs proximè accedit? num intactum prætereundum, aut inane relinquendum? minime uerò, quin etiam hanc ipſam corporis partem, pingui Minerua, ut alias deſignare conabor. Pectus itaque humanum

quinque interius continet, ea ſunt, Cor, Iecur, Splen, Pulmo, & Ventriculus, exterius duo ideſt Brachia, alterum dextrum, alterum ſiniſtrum. Quæ omnia licet intus, & extra diuerſis muneribus funguntur, tamen ad eundem finem ſpectant, ut corpus ſimul conſeruent. In Sacerdotis Pectore, quinque hæc erunt interiora Iuſtitia, Prudentia, Fortitudo, Temperantia, & vigilantia, quæ omnes virtutes ad hoc ſolum tendunt, ut corpus Eccleſiæ incolume tueantur, & duo exteriora brachia, quæ vitam actiuam in dextro, contemplatiuam in ſiniſtro ſignificant. Iuſtus igitur erit noſter Sacerdos, ut ius ſuum unicuique tribuat, Prudens, ut tempora præterita, præſentia, & futura prouideat, bonorum item, & malorum delectum habeat, Temperans, ut in omni libidine, ac uoluptate ſe ſe contineat, moderate omnia ferat humana, fortis, ut vitia grauiter oppugnet, virtutesque libenter amplectetur; Vigilans denique vt diu, noctuque hoſtium inſidias diligenter ſpeculari poſſit, ac vitæ vtri quæ operam dabit, ſi præcepta diuina ſemper contemplando, eademque ſeruando integre ſe ſe, ac ſuas oues ſemper cuſtodiet, lupoſque procul ab ouili ſuo diſperdet. Iam vero à Brachiis ad manus fingendas paulatim delabamur; quæ aliis quidem coloribus, ut pulchrius totum corpus appareat ſunt figurandæ. Manus ambæ decem digitorum interuallo ſunt diſtinctæ, & quilibet eorum diſtinctè agit, libenter inſeruit corpori, & ob eius tutelam audet uim ui repellere. Sic Sacerdotes optimi decem habere debent digitos actionum in decem Decalogi præceptis, ea diſtincta, & clara pro temporum, & perſonarum opportunitati tenere, &

plecti; exterius verò eadem religione, & eodem cultu, humanitatem, ſummos cruciatus, & vulnera Chriſti liberatoris noſtri aſſiduè ante oculos habere, de iis loqui libenter, & audire iucundiſſimum odorem Sacramentorum, quæ ex illis ad Eccleſiam emanarunt ſentire, virtutem illorum denique deguſtare, illa frequenter oſculo tangere apud ipſum pro ſalute populi ſummis præcibus intercedere: vel interius tres virtutes collat, Fidem, Spem, & Charitatem: exterius vero Submiſſionem, Paupertatem, Obedientiam, Abſtinentiam, & Verecundiam. O principium Sacerdotis nobiliſſimum, ò figuram capitis admirabilem. Sequitur, ut collum pingamus, ſine quo corpus eſſe non poteſt. Collum (ut ſcitis) coniungit Caput cum Corpore, & quod per os ſummitur tranſmittit ad ventrem, cœteriſque membris impartitur, ſic Sacerdotes, & ij maximè, qui animis curandis præfecti ſunt, omni ſtudio debent fidelium cœtum cum Chriſto, vt corpus cum capite ſuo coniungere, doctrinæque alimento, & pietatis, quæ ipſi diuino munere acceperunt ad populum tanquam ad membra inferiora tranſmittere iiſque exemplo, conſilio, & cohortatione ſtudioſiſſimè impartiri. Nimirum tunc Presbyteri, & veri Paſtores uocari poterunt, cum pro grege ſibi commiſſo, quiſque iugum laborum, ac vigiliarum libenter tulerit. Ecce uobis deſcriptum caput, Sacerdotis, & collum, haud diſſimili deſcriptione coniunctum, quid Pectus, quod ijs proximè accedit? num intactum prætereundum, aut inane relinquendum? minime uerò, quin etiam hanc ipſam corporis partem, pingui Minerua, ut alias deſignare conabor. Pectus itaque humanum

quinque interius continet : ea ſunt, Cor, Iecur, Splen, Pulmo, & Ventriculus, exterius duo ideſt Brachia, alterum dextrum, alterum ſiniſtrum. Quæ omnia licet intus, & extra diuerſis muneribus funguntur, tamen ad eundem finem ſpectant, ut corpus ſimul conſeruent. In Sacerdotis Pectore, quinque hæc erunt interiora Iuſtitia, Prudentia, Fortitudo, Temperantia, & vigilantia, quæ omnes virtutes ad hoc ſolum tendunt, ut corpus Eccleſiæ incolume tueantur, & duo exteriora brachia, quæ vitam actiuam in dextro, contemplatiuam in ſiniſtro ſignificant. Iuſtus igitur erit noſter Sacerdos, ut ius ſuum unicuique tribuat, Prudens, ut tempora præterita, præſentia, & futura prouideat, bonorum item, & malorum delectum habeat, Temperans, ut in omni libidine, ac uoluptate ſe ſe contineat, moderate omnia ferat humana, fortis, ut vitia grauiter oppugnet, virtutesque libenter amplectetur; Vigilans denique vt diu, noctuque hoſtium inſidias diligenter ſpeculari poſſit, ac vitæ vtri quæ operam dabit, ſi præcepta diuina ſemper contemplando, eademque ſeruando integre ſe ſe, ac ſuas oues ſemper cuſtodiet, lupoſque procul ab ouili ſuo diſperdet. Iam vero à Brachiis ad manus fingendas paulatim delabamur; quæ aliis quidem coloribus, ut pulchrius totum corpus appareat ſunt figurandæ. Manus ambæ decem digitorum interuallo ſunt diſtinctæ, & quilibet eorum diſtinctè agit, libenter inſeruit corpori, & ob eius tutelam audet uim ui repellere. Sic Sacerdotes optimi decem habere debent digitos actionum in decem Decalogi præceptis, ea diſtincta, & clara pro temporum, & perſonarum opportunitati tenere, &

tandem

tandem uirtute illorum præceptorum truculentiſſimi hoſtis vim prępulſare, mundum contemnere, carnis blanditias, ac oblectamenta ſuperare. Sed non ſem Auditores, ut quiſpiam veſtrum cogitaret, me in hac nobiliſſima Sacerdotis figura efformanda aliqua ex parte defecturum. Sunt quoque duo Crura in corpore humano, quę quidem à currendo dicuntur, ut quando opus eſt pro ſalute humana curſum atripiant. Sic Sacerdotes duobus temporibus, hoc eſt noctu diuque pro ſalute fidelium cum opus erit non ſolum iter, uerum etiam curſum arripere debēt, diu, noctuque laborare, ac uigilare, ne talenta ſibi à Domino commiſſa perire patiantur, ſed fructus bonos ferant, ut tempore retributionis mercedem condignam recipiant. O fœliciſſimos illos Sacerdotes, qui hæc omnia membra hactenus deſcripta, & interiora, & exteriora; ita perfecta habeut, ut illam ſacram dotem, quam à Deo ex proprio priuilegio acceperunt fortiter a malo defendere poſſint. O fœliciſſimos illos Sacerdotes, & intus, & extra, qui nomen cum operibus ita coniunctum habent, ut unum ab altero diuidi non poſſit. Picta fuit Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Præſul materia Sacerdotes, deſcripta forma N. A. diſtinctaque fuere membra (Doctiſſimi Patres) tantummodo ſupereſt, ut veſtem, ac ornamenta huic figuræ, ut pulchrior, atque nobilior exiſtat ſuperaddamus, uarijſque gemmis, ac lapidibus præcioſis utrumque illuſtrius reddamus. Habeat Sacerdos noſter Diadema in capite quatuor gemmis ornatum Innocentia, Doctrina, Pietate, & Meditatione. Innocentia debet fulgere, ut cæteri vitæ eius exemplo inuitati ad religioſam uiuendi normā

conformentur; cum uehementer Eccleſia Dei deſtituatur ſi deteriores Clerici fuerint, quàm laici. Nam, quæ in aliis membris Eccleſiæ culpa vacant, ſæpe in Sacerdotibus habentur illicita; Doctrina debet nitere Sacerdos, ne Ipſe, nec Grex ſibi commiſſus in tenebris ambulet, nec Eccleſia Dei detrimentum ignorantia omnium errorum matre patiatur. Habeat hæc gemma peritiæ tres Angelos: Primus ſit Sacræ Scripturæ, & Veteris, ac Noui Teſtamenti, Conciliorum, Sanctionum Pontificum, Sanctorum, Decretorum ſacrorum; interpretum, ac totius Theologiæ primum, ac ſolidum fundamentum, ut viam habeat ad Dei cultum, & hominum pietatem. Secundus angulus ſit artium liberalium cognitio, qua uerum à falſo quis diſcernere, hæreticorum fallatias dignoſcere, eoruinque argumentationibus reſpondere, queat ne tanquam cæcus, ab alio cæco ductus in foueam præceps concidat. Tertius angulus ſit temporalium ad ſuam Eccleſiam pertinentium negotiorum; cum non modo pro bono regimine ſuæ Eccleſiæ ſpiritualia, uerum etiam temporalia curare debeat (vt experientia omnium rerum magiſtra nobis id planè demonſtrat. Tertia Gemma in Diademate Sacerdotis ſit, Pietas Illuſtris, Heroica, ac Regia virtus; vnde Abraham, & Ióth, ex eo quod hoſpitales erant, & pietatis virtutem exercebant Angelos recipere meruerunt; Hinc Apoſtolus exerce te ipſum ad pietatem. Pietas autem utilis eſt ad omnia habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ; & quómodo poteſt eſſe pietatis hortator hoſpitibus hoſtium claudens? Quarta Gemma in Diademate Sacerdotis ſit Meditatio, cum ipſe diuina obierit

officia,

tandem uirtute illorum præceptorum truculentiſſimi hoſtis vim prępulſare, mundum contemnere, carnis blanditias, ac oblectamenta ſuperare. Sed nolem Auditores, ut quiſpiam veſtrum cogitaret, me in hac nobiliſſima Sacerdotis figura efformanda aliqua ex parte defecturum. Sunt quoque duo Crura in corpore humano, quę quidem à currendo dicuntur, ut quando opus eſt pro ſalute humana curſum arripiant: ſic Sacerdotes duobus temporibus, hoc eſt noctu, diuque pro ſalute fidelium cum opus erit non ſolum iter, uerum etiam curſum arripere debēt, diu, noctuque laborare, ac uigilare, ne talenta ſibi à Domino commiſſa perire patiantur, ſed fructus bonos ferant, ut tempore retributionis mercedem condignam recipiant. O fœliciſſimos illos Sacerdotes, qui hæc omnia membra hactenus deſcripta, & interiora, & exteriora, ita perfecta habent, ut illam ſacram dotem, quam à Deo ex proprio priuilegio acceperunt fortiter a malo defendere poſſint. O fœliciſſimos illos Sacerdotes, & intus, & extra, qui nomen cum operibus ita coniunctum habent, ut unum ab altero diuidi non poſſit. Picta fuit Illuſtriſſime, ac Reuerendiſſime Præſul materia Sacerdotes, deſcripta forma N. A. diſtinctaque fuere membra (Doctiſſimi Patres) tantummodò ſupereſt, ut veſtem, ac ornamenta huic figuræ, ut pulchrior, atque nobilior exiſtat ſuperaddamus, uarijſque gemmis, ac lapidibus preciosis utrumque illuſtrius reddamus. Habeat Sacerdos noſter Diadema in capite quatuor gemmis ornatum Innocentia, Doctrina, Pietate, & Meditatione. Innocentia debet fulgere, ut cæteri vitæ eius exemplo inuitati ad religioſam uiuendi normā

 confor-

conformentur; cum uehementer Eccleſia Dei deſtruatur ſi deteriores Clerici fuerint, quàm laici. Nam, quæ in aliis membris Eccleſiæ culpa vacant, ſæpe in Sacerdotibus habentur illicita, Doctrina debet nitere Sacerdos, ne Ipſe, nec Grex ſibi commiſſus in tenebris ambulet, nec Eccleſia Dei detrimentum ignorantia omnium errorum matre patiatur. Habeat hæc gemma peritiæ tres Angelos: Primus ſit Sacræ Scripturæ, & Veteris, ac Noui Teſtamenti, Conciliorum, Sanctionum Pontificum, Sanctorum, Decretorum ſacrorum, interpretum, ac totius Theologiæ primum, ac ſolidum fundamentum, ut viam habeat ad Dei cultum, & hominum pietatem. Secundus angulus ſit artium liberalium cognitio, qua uerum à falſo quis diſcernere, hæreticorum fallatias dignoſcere, eorumque argumentationibus reſpondere, queat ne tanquam cęcus, ab alio cęco ductus in foueam præceps concidat. Tertius angulus ſit temporalium ad ſuam Eccleſiam pertinentium negotiorum; cum non modo pro bono regimine ſuæ Eccleſiæ ſpiritualia, uerum etiam temporalia curare debeat (vt experientia omnium rerum magiſtra nobis id planè demonſtrat. Tertia Gemma in Diademate Sacerdotis ſit, Pietas Illuſtris, Heroica, ac Regia virtus; vnde Abraham, & Ioth, ex eo quod hoſpitales erant, & pietatis virtutem exercebant Angelos recipere meruerunt; Hinc Apoſtolus exerce te ipſum ad pietatem. Pietas autem utilis eſt ad omnia habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ, & quomodo poteſt eſſe pietatis hortator hoſpitibus hoſtium claudens? Quarta Gemma in Diademate Sacerdotis ſit Meditatio, cum ipſe diuina obierit

officia, aliaque præſtiterit muneri ſuo conſentanea huic ſanctæ exercitationi det operam, neque ſolum exteriora, vt Hebræi, ſed interiora, ut Apoſtoli, quę ſacramenta altiſſima, & mirabilia continet, reſpiciet, quibus aduenerat Dei cognitionem; ad eius ſumma beneficia, & tandem ad uitam æternam, & ſempiternam gloriam protrahimus. Fœlix fortunatumque capitis ornamentum, ſed fœliciores, magiſque fortunati Sacerdotes, qui illo uerè, & perfecte ſunt ornati, & eius ſplendore aliis ſplendorem, & decorem afferunt. Pendeat e collo Sacerdotis longum aureumque Monile, quod ſicut priſcis illis, boniſque temporibus nemini concedi ſolebat, niſi ob aliquod egregium opus, ita Sacerdos memoria teneat, ſe maximum opus in Sacerdotio gerere debere, & ſicuti monilia deſponſis ornatus cauſa tribuuntur, futuri Matrimonij monumentis; ita Sacerdos monilibus omnium virtutum debet eſſe ornatus, ut coniugij ſpiritualis perpetuò recordetur; Aurum quoque inter omnia metalla, ſicut Sol inter Sydera longe eſt præclariſſimum; quid Sacerdos nonne alijs vita moribusque præcellet? Reliquum eſt ad ornatum corporis ueſtimentum, id quatuor colloribus albo, viridis, rubro, & nigro ſit contextum. Et albo quidem primum, ut eius vita, ſicut Nix alba, & candida oculis omnium appareat; deinde Viridi, vt ſicuti Arbores virides fructus poſt flores nobis promittunt, ita Sacerdotes poſt ſpem verborum fructus optimos rerum ferant actionumque bonarum. Tertius rubri ſit colorum, ut ignis flammarum, cuiusque [illegible] ſeruntur; ut enim ignis rubri coloris maxima beneficia luce ſua, & ardore mortalibus præſtat, ita Sacerdos

more

morè flammę cœteris exemplo collucere debet,ardoremque charitates optime cum proximis agendo præſeferre. Nigra denique ſit Veſtis, ut atro colore,qui męſtitiam nobis, & dolorem ſolet afferre,meminerint Sacerdotes ſi pro peccatis hominum mœſtos,ac doloris plenos eſſe debere, cum peccatores Deum ad iram prouocẽnt, & rurſus quantum per illos flagitioſius poteſt Chriſtum in Crucem agant, quem olim Iudæi ſuſtulerunt. Horum autem inſignium, & ornamentorum expreſſam imaginem, ut aſſiduè Sacerdos intueri,& contemplari poſſit; hoc præclariſſimum quaſi ſpeculum in manibus ſemper habeat, ſui ipſius cognitionem. O dignitatem ampliſſimam Sacerdotis, ò fœlicitatem incredibilem, ò figuram omnium pulcherrimam,& elegantiſſimã, quę non àb Apelle picta,à Paraxitele inſculpta fuit, ſed a præſtantiſſimo illo rerum omniũ artifice Deo formata. Quæ nam profectò uerba, quæ voces quæ laudes tantam amplitudinem, & maieſtatem dignè queant celebrare? Fateor quidem mihi de tuis præconiis aliquid dicere conanti (nimia ſunt enim) uocem faucibus intercludi, ſi tamen aliquid de te dicere poſſem,uerba illa ſapientia tibi conuenientia ſuauiter decantarem. Girum Cœli circuiui ſola, & in omni populo primatum tenui,ſuperborum, ac ſublimium colla propria uirtute calcaui. Cuperem nunc (Eximij Patres) quando hoc naturale eſt, ut qui in aliqua re agenda graue onus, laborem,ac moleſtiã ſenſerit, aliquid in eadem ſolatij habeat: poſt labores, & vigilias à me in hac figura, ueſtra cauſã ſuſceptas, hoc ſentire iucunditatis, atque præfugij, vt ab omnibus uobis eius ſimulacrum, & imago non in

domi-

domibus, & cubiculis picta, ſed in mente ſemper, atque animo ſit infixa, ut in hoc recte, in alio autem ſeculo glorioſe ueri, & beati Sacerdotes Dei benignitate, clementiaque effici animi.

Laus Deo, Virginiq; Mariæ.

FINIS.



BONONIÆ,

TYPIS VICTORII BENATII,

M. D. XCVII.

De Licentia Superiorum.

956768